



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

4. An dicta dispositio leg. si vnquam locum habeat in donatione
remuneratoria, & ob causam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

causam in euentum filiorum quatenus sua interest. Secus verò quatenus filios tangit. Posteriorem partem probat totus titulus de inofficiosa donatione. Non enim permillum est præiudicare etiam cum iuramento filius in legitima debita. At cum donatio eorum legitimam non attingit, sed intra terminos illius partis, de qua liberè disponere potest continetur, optimè potest etiam absolute iuramento beneficio reuocacionis renuntiare, cum nemini alteri quam sibi ea renuntiatio præiudicet. Ratioque est manifesta, ideo namque statuit lex naturitate filiorum donationem præcedentem infirmari, quia non præsumitur donans donaturus, si de filiis cogitasset, at hæc præsumptio omnino cessat, cum ipse expressè renuntiat beneficio dictæ legis, asseritque se velle donationem firmam fore, tamen filij nascantur, ergo.

3 Hinc fit si cum celebratur donatio præsumi potest donatorem de filiis nascituris cogitasse cessat ea reuocatio, quæ illi præsumptioni nititur, ideoque in leg. regia. 8. tit. 4. par. 5 dicitur, *porque no ancias ni esperança de los auer.* Atque ita ex communi tradunt Greg. Lop. ibi Gloss. 2. Bernard. Diaz, de Lugo. reg. 13. in off. auer. Iulius Clarus. q. 2. vers. ex qua Menchaca. lib. 1. controuer. §. si sequent. cap. 10. n. 39. Gutier. de cap. 9. n. 3. Mol. loc. cit.

4 Est verò latum discrimen, vt bene aduertit Greg. Lopez. loc. cit. cum donatio reuocatur ob præsumptam donantis voluntatem nolentis firmam esse donationem in filiorum euentum, ac cum reuocatur ob filiorum præiudicium cum reuocatur ob illam præsumptam donantis voluntatem, de qua est sermo in dicta leg. si unquam. in vita donans reuocatur, & naturitate ipsorum filiorum ipso iure reuocatio inducitur, ac cum reuocatur ob præiudicium filiorum non potest reuocari nisi per querelam inofficiosa donationis, quæ institui nequit in vita donantis, sed post mortem; nam filij viuente patre nullum ius habent ad legitimam, leg. fin. & ibi Bart. ff. de liberis agnoscend. Quod si quis opponat inde se qui posse liberos alimentis debitis defraudari respondet opt. me Greg. Lop. ex dicta leg. 8. Gloss. 2. donatarius obligatum esse alimenta filiis præbere, quia cum eo onere donatum trahit, leg. si quis à liberis. §. si ff. de liberis agnoscend.

§. III.

Examinatur, an dispositio dictæ legis, si unquam locum habeat, cum donatio Ecclesiæ, alteriusve causæ piæ facta est?

- 1 Reuocatur quatenus filiorum legitimam tangit.
- 2 Nequit parens in præiudicium legitimæ filiorum disponere in opera pia, vt in capella fundationem &c.

1 C Opiose satis disputant hanc quæstionem Tiraquel, in d. leg. si unquam. verbo liberis. n. 79 & ibi Ripa. q. 49. Iul. Clarus, verbo donatio. q. 23. n. 2. referunt Doctores tum asserentes, tum negantes donationes in totum reuocari filiorum naturitate. Sed venior est illa sententia quæ ex D. Augustino refertur in cap. 17. q. 4. asserens dictam donationem spectato iuris ciuilibus rigore non reuocari in totum, sed solum quoad eam partem, quæ filiorum legitimam attingit, ex æquitate tamen & pietate natura. It in integrum reuocari, inquit enim Textus. *Quam laudabile factum Sancti Aurelij Carthaginiensis Episcopi.* Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donauit Ecclesiæ. Nati sunt ei filij nec opinati. Reddidit Episcopus ea quæ donauerat, in potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Coclusio triplicè parè habet. Prima dictam donationem non reuocari in totum, quia Ecclesiæ (& idem est de causâ alia piâ) instat filij reputatur, vt inquit Panor. in cap. fin. n. 5. de donat. Bart. in le. Tit. §. imperator ff. de legatis. 2. At donatio facta filio non reuocatur in totum naturitate aliorum filiorum, sed solum quoad eorum legitimam. leg. si ioras. Cod. de inofficiosa donat. Deinde quod præstat Ecclesiæ, vel alteri causæ piæ præstat Deo & in animæ fauorem. At hæc causâ est æquè fauorabilis, ac causâ filiorum vt constat ex Authem. si quæ mulier. Cod. de sacrosanct. Ecclesiæ. Denique lex Constantini Ecclesiâ ligare non poterat. Secunda pars conclusionis scilicet reuocari eam donationem, qua parte legitimam filiorum postmodum nascentium dimittit, probatur, quia parentes nequeunt de hac legitima disponere vt potè filijs debita, ideoque in supra dicto cap. fin. inquit August. *Quicumque vult exheredem facere Ecclesiâ quærat alterum qui suscipiat.* *Augustinum imo Deo propitio n. minime inueniet.* Neque his aduersantur verba quæ inferius subiungit, in potestate habebat Episcopus non reddere, nam intelligèda sunt de redditione in totum, cum sibi reseruare possit ea quæ legitimæ filiorum debite non præiudicarent. Tertia pars scilicet æquitati, honestati, & pietati congruere maxime quod Ecclesiæ donatum integre reddat manifestum est, siquidem hoc factu susceptionem auaritiæ purgat, pietatem commendat, & fideles excitat liberaliores esse. Et in his conueniunt Tiraquel. Ripa, & Iulius Clarus supra à Anton. Gom. de donat. cap. 2. n. 11. Greg. Lop. d. leg. 8. tit. 4. par. 5. Gloss. 4. q. 1.

Mol. disp. 282. §. dubium ulterius. Less. lib. 2. c. 18. dub. 1. q. 109. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. circa finem. Eachin. l. 3. controu. c. 86.

Hinc fit nullo modo audiendum esse Fr. Ludouicum Lopez, in suo instrutorio conscientia 2. p. q. 20. per totam cel. 148. *et seqq.* contendentem posse parentem in præiudicium legitimæ filiorum expendere ultra quantum suorum bonorum in vita vel in morte, in opera pia, vt in capella fundationem, elemosinas pauperum, quia hæc non sunt legata gratiosa, sed ob causam, & in fauorem animæ, ac proinde excedere possunt quantum quod pro legatis gratiosis extrahendum permittitur. leg. 13. tit. 6. lib. 5. noua compilat. Nam vt rectè animaduertit Gutier. de iuram. 1. p. c. 5. n. 28. leges regie tantum permittunt parenti filios haberi disponere de quinto suorum bonorum in quolibet opera voluntaria siue profana, siue pia; si enim sumptus executionum extrahendi mandantur ex quinto, cum sit opus ita pium, & necessarium, & fortiori ex illo, & non ex corpore hereditatis extrahenda erunt legata, & donationes minus necessariae. Neque Nauar. cap. 23. n. 39. quem se Lopez adducit loquitur de donatione ultra quantum bonorum verò in 4. dist. 4. l. q. onic. art. 4. fol. 356. et si suffraganeum non disputat, sed per transennam affirmat. Solum enim homini diuino permittit Gutier. vt ex amplissimo patrimonio aliquid non nimium ultra quantum in opera pia expendat, dummodo filius non graue heret præiudicium. Neque probandum existimo extensiuè Ant. Gom. tit. 2. par. c. 4. n. 11. quatenus donationem factam ascendentibus donationi factæ Ecclesiæ, quia ascendentes non vt filij, sed vt extranei reputantur, ac proinde in privilegio filiorum, sicut Ecclesiæ gaudere non debent. Vt bene aduertit Mol. dicta d. sp. 282. §. dubium ulterius in fin. Laym. l. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. circa finem.

§. IV.

An dicta dispositio legis, si unquam, locum habeat in donatione remuneratoria, & ob causam?

- 1 Donatio habens causam comparatione donantis non reuocatur, etiam in præiudicium legitime filiorum, sed tamen habens causam comparatione alterius ex communi sententia.
- 2 Verius est donationem ob causam remuneratoriam quæ se tenet comparatione donantis reuocari.

SI donatio habeat causam comparatione donantis, vt est cum donans obsequia sibi præstita remunerari intendit, communi sententia defendit recte Gregor. Lopez. leg. 8. tit. 4. par. 5. verbo die. §. uter. de iuram. 1. p. cap. 9. numer. 7. Mol. disp. 282. §. dubium postremo, nec dispositionem legis si unquam reuocantem integre donationem ex superuenientia filiorum, nec dispositionem leg. si totus. Cod. de inofficiosa donatione, statuantem donationem in præiudicium legitimæ filiorum reuocandam fore, habere locum sed firmam persistere cum donationem secundum quod causa exigit quia hæc non est censenda donatio sed congrua bonorum administratio, ideoque non est computanda in ea parte, de qua donans liberè disponere potest. Verum si causa comparatione donantis necessaria non est, bene tamen cuiusdam accitit, vt est dos puellæ constituta quæ comparatione donantis liberalis est, comparatione tamen mariti onerosa, eximantur in prædicti Doctores iocum esse dictæ legi si unquam eo quod hæc causa non excludat liberalem donationem, argum. leg. fin. §. si sciero ff. quæ in fraudem creditor. leg. 1. §. necesse. Cod. de rei viciis actione. Subiungunt tamen alij reati Gutier. & Mol. non esse reuocandam, nisi quatenus inofficiosa fuerit filiorum legitimæ, quia onus tertio impostum obligat, vt donans eam donationem computet in ea parte de qua liberè disponere potest, ac proinde naturitate filiorum eam non reuocet. Ex quo fit in donatione ob causam, siue causa se tenet ex parte donantis, siue ex parte alterius tertij non esse locum dispositioni legis si unquam, cum non reuocetur donatio integre, vt dictam reuocanda cauetur.

Cæterum in hac re placet mihi sententia Cuiacij l. 20. obsequia. c. 5. & Andri Faehin. l. 3. controu. cap. 89. asserentium in prædicta lege si unquam contineri donationem remuneratorem & ob causam etiam comparatione donantis, nam hæc donatio remuneratoria solum ex antidotali obligatione procedit, quæ liberalem donationem non excludit, & hijs ita quibus nullatenus exiti bonorum omnium, vel maioris partis alienationem, nam esto obsequium donatori collatum eius conditionis fuerit vt donator illud compensare non valeat omnibus suis bonis vel maiorore illorum parte, attamen pietas filijs debita exit, ne ea alienatione ipsi præiudicabile beneficium remuneretur, sed alius gratiæ merito ipsi præiudicabile beneficium remuneretur, sed alius gratiæ merito ipsi, & recognitionibus. Ac proinde ea in parte quæ fit in signis, & recognitionibus. Ac proinde ea in parte quæ fit in signis, & recognitionibus. Ac proinde ea in parte quæ fit in signis, & recognitionibus. Ac proinde ea in parte quæ fit in signis, & recognitionibus.

sed potius disputatio. Quoad partem vero de qua donator liberè disponere potest reuocabitur donatio non quidem in totum, sed secundum quod prudens arbitrabitur donantem fore donatum, si de filiis cogitasset.

§. V.

An si filij moriantur viuo donatore conualefcant donatio quæ eorum natiuitate fuit reuelata?

- 1 Proponitur dubitandi ratio.
- 2 Deciditur non reuoluerit donatorem qua natiuitate filiorum extinta fuit.
- 3 Si donans non repetit donatum natis filiis & mortuis cum facile possit confirmare.
- 4 Soluitur dubitandi ratio.

1 **D**iximus in præcedentibus donationem illius qui de liberis non cogitabat, filiis postea natis reuocari. Dubium est an si viuo ipso donatore filij decedant dicta donatio conualefcant? Ratio dubitandi est, quia cessat causa ob quam donatio reuocata est, præsumit enim iuste non fore donatum, si crederes filios te viuo è vita decessuros, quia perinde habentur ac si nati non essent. Confirmatur ex leg. postumum ff. de iustis iurp. vbi testamentum nullum eo quod filius sit præteritus conualefcit ex acquirete præterita filio è vita ante testatorem decedente.

2 Ceterum dicendum est eo præcisè quod filius ob cuius natiuitatem donatio reuocata fuit decedat viuo testatore donationem non reuoluerit, sed nullam petat. Quia donatio semel extincta reuoluerit nequit, nisi iterum donans, vel nomine ipsius princeps eam renouet. Ergo donatore non renouante donationem, cum nulla sit lex quæ reuocationem faciat in euentum mortis filiorum donatio reuocata non erit. Vt bene tradit Bart. in leg. Tit. in Saio §. Imperator ff. de legat. 2. Fachin. lib. 3. controu. cap. 90.

3 Verum si contingat donatorem filiis natis, & mortuis non repetere donatum cum facile possit confirmari, est uisè donationem confirmare, ex qua confirmatione & noua donatione donatarius ius in donatum acquirit, ita ut hæredes donatoris illum molestare non possint. Sicut tradit Ant. Gom. sit. 2. de donationib. c. 3. n. 1. Iul. Clarus. lib. 4. recept. §. donat. o. q. 28. n. 9. Mol. disp. 282 §. dubium est. nec dissentit Bart. & Fachin. supra. nec Tiraquel. in d. leg. si unquam verbo susceperit liberos n. 137.

Ratio vero dubitandi solum probat illum casum fore à iure excipiendum à dispositione leg. si unquam, non tamen probat exceptum esse, lex namque ad reuocationem donationis solum exigat quod post donationem liberis donator habeat, neque curat an viuat post donatorem, vel ante decedat. Neque verum est præsumendum esse qui donat liberis non habens eodem modo donatum, si crederet filios habiturum, & ante ipsum decessuros, quia saltem obligatio eos alendi dum viuunt retardare à donatione poterat.

§. VI.

Habeantne locum dispositio leg. si unquam, Cod. de reuocand. donationib. cum donans tempore donationis liberos habeat, si deinde alios susceperit?

- 1 Affirmant plures locum esse.
- 2 Sed placet sententia negans.

1 **P**lures Doctores, quorum meminit Tiraquel. in dicta leg. si unquam in verbo filios non habens & ibi Ripa q. 6. Gregor. Lopez. in leg. 8. regia tit. 4. par. 5. Gloss. 1. Iacob. Couar. lib. 20. obseruat. c. 5. Affirmant locum habere, eo quod eadem ratio in hoc casu procedat. Non enim qui sic donat extraneo præsumens est donaturus si alios filios habiturus sperasset. E contra alij negant dictæ legi esse locum, siquidem præsumi potest donator esse de filiis cogitasset extraneum ipsis prælaturus, cum cum præferat natis? Præterea dispositio legis si unquam ut communiter Doctores tradunt, exorbitans est, & odiosa, vt potè quæ lara est in præiudicium donatarij, & donationi perfectæ derogat extra id quod ius naturale exigat ac prouide extendenda non est vitra casum expressum. Tandem alij distinguunt, an filij nati chari sint, an odiosi, si chari sint censent non reuocari donationem ob rationem proximè dictam, secus si sint odiosi.

2 Ceterum sententia negatiua mihi placet nimirum reuocationi dictæ legis si unquam locum non esse in donatione extraneo facta ab habente filios, eo quod dicta lex expresse loquatur de eo qui filios non habet. ibi si unquam liberis patronus filios non habens, ergo habens filios sub dicta dispositione comprehendendi nequit, quimò non leue à contrario sensu argumentum desumitur, cum contrarium sit à iure decidum. Verum esto non sit locus reuocationi inductæ per leg. si unquam est tamen locus reuocationi inductæ ex leg. si rotas. Cod. de inofficiosis donat. vbi ca-

uetur donationem quæ fuerit filiis inofficiosa reuocandam ea in parte esse. Quapropter cum quis filios habent extraneo donat, non in totum reuocatur ea donatio, vt reuocanda erat, sed sub dispositione leg. si unquam, comprehenditur sed reuocatur quatenus legitime filiorum præiudicat iuxta dict. leg. si rotas. Vt bene explicat Fachin. l. 3. controu. c. 87. Ant. Gom. c. 4. de donat. n. 13. Mol. disp. 283 §. quod vero attinet.

PUNCTVM XXX.

De reuocatione donationis inofficiosa.

Ecundum caput, ex eo quod donatio perfecta reuocatur est hæredum præiudicium, quia nimirum inofficiosa est, seu contra officium pietatis debitum filiis, alijve legitimis hæredibus. Sicut enim filij, & hæredes agere possunt quærela inofficiosa testamenti, sic illis permittitur quærela inofficiosa donationis, vt constat ex toto tit. Cod. de inofficiosis donat. Hac donatio inofficiosa fieri potest extraneo, vel alicui filio.

§. I.

De donatione excessiua facta extraneo.

- 1 Si donatio excessiua fiat extraneo reuocatur qua parte filiorum legitimam tangit, si bona fide fiat, si vero animo defraudandi filiis legitimam reuocatur in totum ex plurium sententia.
- 2 Plures alij censent solum quoad legitimam reuocari.
- 3 Est factis fundamentum oppositio.

Si extraneo donationem excessiuam facias, cum filios habes, vel speras habere, nemini dubium est reuocandam esse saltem ea in parte qua filius in legitima debita, præiudicat, quæ in regno Castellæ sunt quatuor partes, cum de sola quarta possint parentes liberè disponere. Sed an in totum reuocetur? Variant doctores, vt videre est in Tiraquel. qui plena manu eos refert in dicta leg. si unquam verbo totum n. 45. Iul. Claro §. donatio q. 24. Anton. Gom. cap. 4. de donat. n. 13. Couar. 1. var. c. 19. n. 12. Gregor. Lop. leg. 8. tit. 4. par. 5. Gloss. ult.

Omnes tere conueniunt, si bona fide donationem inofficiosa extraneo feceris reuocandam esse à filiis non in totum, sed qua parte suam legitimam portionem tangit, vt probat lex. 1. et leg. si mater. Cod. de inofficiosis donat. At si animo defraudandi filiis processeris, censent Bart. Paul. Salicet. & Angel. in leg. 1. Cod. de inofficiosis donat. et idem Bart. in leg. Titia §. Imperator ff. de legatis. 2. Panorm. cap. fin. de donat. n. 5. Ant. Gom. & Iul. Clarus, loco citat. in totum reuocari. Quod maxime procedit, cum nihil filiis relinquas, nam si aliquid eis relictum est, credit Bart. & Panormit. non in totum, sed quoad legitimam debitam reuocari. Ducuntur hi Doctores, tum ex leg. si liberis §. vlt. ff. de iure patronatus, vbi alienatio facta in fraudem patroni nulla deciditur, at causa liberorum fauorabilior est, quam causa patroni, cum liberi efficacius ius habent in bonis parentum, quam patronus in bonis liberi. Ergo si ob fraudem patroni alienatio liberi in totum reuocatur, reuocari similiter debet in totum alienatio parentis ob liberorum fraudem. Tum ex leg. Titia §. Imperator ff. de legatis. 2. Cuius hæc sunt verba. Si liquet tibi Iuliane charissime (inquit A. Alexand. Augustus) auiam interuertenda inofficiosis quærela patrimonium tuum donationibus nepotem factis exinanuisse, vario deposito id quod donatum est pro dimidia parte reuocari. Nomine dimidia partis integra donatio videtur intelligi, quia erant duo nepotes auia, quorum vnus reuocationem petebat, & consequenter petebat reuocationem pro integra parte sibi competente.

E contra vero alij grauissimi Doctores. Glossa magna in dicta leg. 1. Cod. de inofficiosis donat. Bald. & Sonchin. quos refert, & sequitur Greg. Lop. dicta leg. 8. Gloss. vlt. tit. 4. par. 5. Eman. Acosta cap. si pater. 3. p. verbo priuare non possi. n. 16. Couar. c. 19. n. 12. Mol. disp. 283 §. si autem Less. l. 2. c. 18. dub. 14. n. 112. Fachin. l. 6. c. 84. & alij existimant solum vsque ad legitimam filiis debitam reuocari. Præcipuum fundamentum est quia reuocatio donationis cum odiosa sit inducenda non est, neque extendenda præterquam à iure fuerit expressum. At nullo iure expressum est donationem inofficiosa reuocari in totum, sed tantum expressum est reuocari quoad legitimam portionem, vt constat ex leg. si rotas. Cod. de inofficiosis donat. ibi, vt filij, vel nepotes, &c. debitum bonorum subsidium consequantur ad patrimonium tuum reuertitur, et leg. si liqueat. Cod. eodem. Quod donatum est pro ratione quartæ ad instar inofficiosi testamenti conuulsum diminetur. Quod si obicitur hæc leges loqui de donatione facta filiis vel nepotibus, quæ mirum non est vt solum quoad portionem debitam reuocentur, non vero de donationibus extraneo factis, obstat quia lex. 1. Cod. de inofficiosis donat. atque de omnibus loquitur, vt constat ex illis verbis, factis donationibus siue in quosdam liberos siue in extraneos exhaustis, &c.

Neque obest Textus in leg. si libertus ff. de iure patronat. quia loquitur